gumentis, & collationibus aperitur, num. ſeq.
267 *Ferro viam aperit, qui contraria tranſit.*
268 *Sicuti aromata magis redolent, quanto magis conterũtur ſic & veritas quanto magis conteritur, & oppugnatur, tanto clarior expulſis nebulis in lucem progreditur.*
269 *Veritatis ſectatores Deo placent.*
279 *Veritas ſuper omnia amanda eſt.*
271 *Veritatis vis ſecundum Iſidorum.*
273 *Veritas quid ſecundum Baldum.*
Alia diffinitio ſiue magis deſcriptio ſecundum eundem, num. 276.
Item qnid ſecundnm Affl. poſt alios relatos, nu. 274.
275 *Veritas omnia vincit mater iuſtitiæ, nu. ſeq.*
Et veritati omnia cedunt, nu. 277.
278 *Iudex miniſter Dei debet inherere veritati, atque illam adiuuare quibuſcunque modis, cum. ſeq.*
281 *Iudex tenetur occurrere ſcandalis etiam recedendo à regulis iuris.*
282 *Facienti ea, quæ debet, culpa aſcribi non poteſt.*
283 *Culpa qualibet etiam læuiſſima abeſſe preſumitnr ab eis, qui dant operam rei licita donec probetur contrarium.*
284 *Culpa non imputatur alicui, vbi ex illa damnum non contingit.*
285 *Argnmentum pro vicario, ratione fundatum.*
286 *Excommunicatio vbi fit pro aliquo, tunc nõ oportet illud eſſe mortale quinimò nec veniale, & num...*
287 *Item non operiet tunc quem eſſe contumacem, ſed ſufficit, quod ſit inobediens, num...*
288 *Veniens contra præceptum ſuperioris peccat mortaliter, & poteſt excommunicari.*
292 *Dolus eſſe dicitur contra eos, qui ſui ſuperioris mandatum tranſgrediuntur, & quare.*
293 *Prælatus promptus eſſe debet in puniendo.*
294 *Et inobedientia inducit peccatum mortale.*
295 *Quando aliquid præcipitur ſub pœna excommunicationis, tunc illud, quod eſt veniales, ob contemptũ efficitur mortale, & nu. 297.*
298 *Querelantes tenebantur parere vicario.*
299 *Rationem efficacem ſufficit adducere pro lege.*
203 *Contumax põt excommunicari abſque citatione, & ſeq.*
311 *Negatiua probatur, per librorum aperturam.*
Item per inſtrumentorum inſpectionem, nu. ſeq.
313 *Ordinarius etiam cenſuris eecleſiaſticis annexus modo in miniſterio eccleſiæ tolleratus poteſt vtilia, atque ad legem pertinentia gerere, ex quo ſibi incumbit ex officio & num. 317.*
318 *Ordinarius à fidelibus ſibi ſubditis requiſitus poteſt concedere facultatem abſoluendi excommunicatos.*
319 *Delegabilia ſunt de iuri canonico illa, quæ ſunt mixti imperij.*
320 *Specialia triginta tria contra regulas iuris remiſſiue, & adde videndum infra num. 305.*
321 *Caſus præcepti facti fuit per ſummum Pont. approbatus, & quid cleric s è carceribus liberatis fuerit iniunctum, numero ſeq.*
322 *Meritis merito honor eſt tribuendus.*
323 *Honor virtutis præmium, & alia notabilia.*
324 *De geſtis per ſummum Pont. atque de illius poteſtate diſputare fas non eſt.*
325 *Item multa notatu digna de Principe, ac de Principis poteſtate recollecta habet in textu ſeq. ad num. 344.*
345 *Fatuum eſt ſe intromittere, vbi Papa manum appoſuit.*
346 *Quod Papa confirmat, nemo infirmat.*
347 *Abſurdum magnum eſſe, ſi inferior poſſet reſcindere ſui ſuperioris geſta.*
348 *Non poteſt inferior ſe intromittere ſuper ſui ſuperioris factum etiam nullum.*
350 *Vnico teſti non eſt fides adhibenda.*
352 *Probationes contra officiales debent eſſe ſole clariores.*
353 *Succumbant vexantes temere vicarium.*
354 *Accnſatoribus non probantibus plene, nec legitime reus, etſi nil probauerit, venit abſoluendũ diffinitiue, etiã ſi accuſatoris intentio fundata eſſet ſuper negatiuam, nu. ſeq.*
356 *Etiam in crimine falſi debet prabatio de neceſſitate concludere, & ſtrictior eſſe debet.*
357 *Adeo vt actoribus non probantibus eos iniuriarum actione conuenire poteſt vicarius calumniatus, & ſunt etiam damnandi, nu. 358. cum ſeq. & nu. 401.*
361 *Memoranda documenta pro iudicibus, illorumque pœna, niſi illa obſeruauerint, & num. ſeq.*
363 *Iniuſtus iudex inter animalia bruta eſt connumerandus.*
364 *Iudex corruptus iniuſtam proferens ſententiam, efficitur infamis, atque parti læſæ tenetur, & exemplum memorandum, vide numero ſeq.*
366 *Iudices iuſti, beati, & horum memoria debet extolli, in iuſtorum autem aboleri, & num. 360.*
368 *Ira diuina lento procedit gradu ad vindictam, tarditatemque ſupplicij grauitate compenſat, & idem nu. ſeq.*
370 *Subſcriptio alterius Iuriſconſul. cum vicarij commendatione, & nu. 379. & 423.*
375 *Ordinarius ẽt ſuſpenſus poteſt excõmunicatos abſoluere.*
380 *Nihil inter homines eſt ſic indubitatum, quin poſſit licet iuſtiſſimum ſuſcipere quandam ſolicitam dubitationem, leges enim ſæpe cauillantur, & captantur. ita ad diffiniendum homines ſunt faciles.*
381 *Item nihil tam clarè tamque apertè verbis poteſt proferri quod non maligna ſophyſticaque interpretatione euerti poſſit, & quare, num. ſeq.*
384 *Ad diſſentiendum homines ſunt faciles.*
385 *Leges calumniantur, & captantur, cum ſeq.*
387 *Adimpletum in vicario dilacerato dictum notabile Magiſtri Sententiarum ac aliornm dicentium ambigendum non eſſe, omnem humanis eloquij ſermonem calumniæ atque æmulorum contradictioni ſemper obnoxium fuiſſe & quare. vide in textu.*
388 *Accuſatores acriter contendere contra agnitam veritatem, quæ vtinam haberet tot inuentores, quot habet contradictores, num. ſeq.*
390 *Vicarius patuit inuidorum morſibus.*
391 *Partes iudicare debentium quæ, & num. ſeq. Quod declaratur, num. 393.*
394 *Vicarius dilaceratus de bonis operibus, atque de ingratitudine ſatisfactus, & num.....*
395 *Ingratitudo quid.*
396 *Ingratus non dicitur viuere moraliter.*
397 *Multa notanda dicta pro vicario ibi. ad num. ſeq. Item vſque ad numerum 408.*
399 *Apud iudicem non debet eſſe acceptatio perſonarum.*
408 *Iudex de quibus ſit ſyndicandus, & num. ſeq.*
411 *Syndicatus cauſa, quæ.*
412 *Cupiditas radix omnium malorum.*
414 *Vicarius ſyndicatus ſub iudice, qui ab eo fuit per ſententiam parochiali priuatus, atque etiam ab eodem proceſſatus, & eidem de falſo delatus.*
414 *Inuidia cõtra. virtuti, quæ labefactari haud poteſt nu. ſeq.*
419 *Cauſa, atque vicarij innocentia ſplendidiſſima facta eſt, atque poſita extra omnem controuerſiam.*
420 *Prolixas, atque verboſas diſputationes euitandas eſſe.*
421 *Ob religionis reuerentiam, atque S.R.E. decorem, multa in conſilio fuere de induſtria omiſſa contra dilacerantes, atque cupidos, in quibus gradibus, ac terminis honoris reperiantur, aliorum ſit indicium.*

IN TE DOMINE SPERAVI, non confundar in æternum.

IN hac præſenti cauſa ſyndicatus, ſi ſyndicatus eſt nominandus, quia multum animoſe, atque malo zelo mora
fuit, atque procurata per nonnullos clericos Interamnæ, qui
fatigauere, atque inquietauere lite iniquiſſima eorum vicarium virum integerrimum, & contra quem cuncta ſtricte diſcutiunt, neque erant contra eum ita rigidè procedendum, vt
infra poſt num. 18. multa ſe offerunt digna conſideratione, ex
quibus perſpicuo de eiuſdem vicarij iniuſta vexari, impièque
dilacerati indubitatè apparet innocentia. Et non conterendo tẽ-
1 pus in multiloquio, quod prudentiſſimo, ſtomacari ſolet, vt
exordiat cum Franciſco Aret. in conſ. 11. in princ. Reiectiſque
etiam quibuſdam alijs, quæ ad pompam potius, quam ad eſſe
2 rei faciunt, vt exordiat cum Bartol. in l. edita, C. de edend. & Iaſ.
in conſ. 8. in princ. atque Roland. in conſ. 59. volum. 2. & 61. &
3 63. in 3. Quinimo rem perſtringendo in claris terminis, in quibus tam ſtultum eſt argumentari, quam ſub clariſſimo ſole mor
tale lumen afferre, vt docuit Quintil. lib. 5. oratio. Inſtit. referente eodem Roland. conſilio 72. in princip. volum. 2. Sed ſub-
4 ſtantialia dumtaxat, & ad rem conferẽtia attingendo, vt docuit
Bald. authent. ex cauſa, in princ. C. de liber. præter. & reaſſumpſit Iaſon in conſilio 3. in princ. volum. 2. Roland. conſil. 34. in
princip. volum. 2. dicitur in primis, quo ad excommunicationis præceptum, ob quod coniuratum fuit in Vicarium dicitur,
5 quod de Vicarij mandato fuit per Dominum Paulum ſacriſtã
facta monitio clericis, vt ſingulis non autem capitul. vt in primo
6 atque in ſecundo proceſſu conſtat. † Nec quicquam obſtat, ſi
diceretur, non fuit monitio canonica, ideſt cum debito dierum
interuallo, vt requiritur, & habetur in capit. ſtatutum, de ſentent. excommunic. libro ſexto, quoniam ex eodemmet text. reſpondetur, illud verum eſſe, niſi facti neceſſitas ſuaſerit aliter,
7 quod & etiam habetur in capit. ſtatuimus eo. iuncta gloſſ. ibi,
8 niſi neceſſitas aliter ſuaſerit. Et quod tempore memorati præcepti neceſſitas ſuaſerit ſic, probatur expreſsè; non enim aderat
dierum interuallum à die vigiliæ, ad diem feſtum Sanctæ Ca-
9 tharinæ, & hæc quoad monitionem. Vltra quod excommunicatio abſque monitione valet lata per ordinarium, & tenet,
vt voluit Rota deciſione decima, de ſentent. excommunic. in
10 antiquor. Quo verò ad præcepti validitatem clarum eſt in iure noſtro in excommunicatione pro futuris culpis, haud requiri monitionem, puta niſi in termino ſatisfecerit, quod idem ſonat, niſi ad miſſam conuentualem, quam maiorem vocant, atque ad primas, & ſecundas Veſperas in Eccleſiam ſanctimonialium Sanctæ Catharinæ in die illius feſti non interfuerint, quo-
11 niam dies tunc interpellat pro homine, vt poſt relatos tradit
Felin in capit. cum ſit Romana, numer. 22. de appellation. Decius in capit. reprehenſibilis, numero quarto, eodem, & per Gabrielem Romanum in ſuis commun. concluſion. prima de citati, numero 156. ad idem, & per Felinum in capit. ſacro approbante conſilio, numero quarto, de ſentent. excommun. futuræ
12 culpæ aderant rectis oculis intuenti, quoniam vlla ratione
haud eſt credendum mentem Sanctiſſimi Papę fuiſſe in monialium abdicatione facta, atque in illarum cõſignatione ſuis diœceſanis iniuncta; moniales conſignatas per Epiſcopos regi, gubernarique quo ad Veſperas, Miſſas, confeſſiones ſacramentales, & his ſimilia, ſed mediantibus eorum clericis ipſius or-
13 dinarij inferioribus. Qui quidem clerici moniti ex induſtria renuentes aliqui, quinimò pertinaciter maiorem, atque ad Veſperas debitas ex diſpoſitione Bullæ, contempſere poſtea quam
in cathedrali adimpleuerint adimplenda, atque perſoluerint
perſoluenda interuenire ad Miſſam ſanctiſſimam, alias inuitis
gentibus fatendum eſſet Bullam prædictam ſeruire de venia,
14 quod eſt minimè admittendum. Aderant igitur, aderant futuræ culpæ reſpectu Clericorum non facientium illa, ad quæ tenentur, argumento text. in regula, qui non faciat, vbi gloſſa alia
iura ſimilia citat. ff. de regu. iur. vbi Decius expreſsè notat, quod
15 non facere dicitur facere in pœnalibus. Clarum eſt enim vale-
16 re excommunicationis ſententiam in pœnam delicti ſine monitione, vt per Decium in dicto capitulo reprehenſibilis, numero
ſecundo. Nicell. qui declarat 52. concord. gloſſa tertia, & tertia fallentia. Felinus dicto capitulo ſacro, numero quinto, &
Gabriel. Roman. dicta eadem concluſione, primo numer. 159.

Item valet excommunicatio pro negligentia, gloſſa vndecimã,
17 quæſtione tertia, placuit, & de conſecratione diſtinctione pri-
18 ma, nemo, ſiue igitur reperiatur dictum præceptum factum
pro futuris culpis, ſiue in pœnam delicti, ſiue pro clericorum
culpa, atque negligentia, valet, atque omuinò tenet per prædicta, neque ob illud poterat Vicarius vexari, cum contra officialem non ſit agendum rigidè, vt tradit Becc. conſilio primo, numero ſeptimo, & nouiſſimè adde per Bertazolum citato con-
19 ſilio nonageſimoprimo, numero quarto. Item Superioris prę-
cepto iuſto eſt parendum, capitulo ſecundo, de maioritate, &
obedientia, & 13. quæſtione prima. Et Prælatus debet eſſe prõ-
20 ptus in puniendo inobedientes ex ſententia Apoſtolica, relata
in capitulo primo, de poſtul. prælat. vbi Dec. 19. notab. alia ad
21 propoſitum facientia producit. Hæſitatio fit ex audio, quia
præſupponitur dictum excommunicationis præceptum, ſine
ſcriptis factum fuiſſe, & ſic iuris ordine prętermiſſo, de quo di-
22 cto capitulo primo de ſentent. excommunic. in ſexto. Hoc negato: quoniam moroſus Prior, atque alij obnoxij debebant de
illa intra menſem petere exemplum, vt dicit pro parte eorum
allegatus text. Et vbi Vicarius tunc requiſitus, ſiue interpellatus illud in ſcriptis ipſis petentibus non oſtendiſſet, atque illius
copiam poſtulantibus ipſis non decretaſſet, poſſint vtique iſto
in caſu querelantes pro certo aſſeuerare. At poſito etiam citra
23 præiudicium ueri, rem ita ſeſe habuiſſe, adhuc reſpondetur dictum præceptum Vicarij intuitu validum, quoniam in illo tunc
non aderant illic ad ſcribendum neceſſaria, prout ita in termi-
* nis terminantibus reſpondet gloſſ. * communiter recepta in dicto capite primo, quæ militat propriè in caſu noſtro.
24 In Cathedrali non adimpleta erant adimplenda, quando Dominus Pompeius retulit Vicario in choro aſſidenti die dicta feſti Sanctæ Catharinæ de mane, illic haud Miſſam ad celebrandam ſacerdotem adeſſe, & illuc adueniſſent, atque adeſſent Illuſtr. Dominus Gubernator hodie Epiſcopus Venuſinus, Magnifici Domini Priorem Ciuitatis, & denique numeroſius vtriuſque ſexus populus pro audienda Miſſa in eadem die Feſti
ſolemni.
25 Et quod propterea murmur aderat, atque gubernatur ſcandalum.
26 Et relatio hæc fuit nempè cauſa proxima, ob quam non minus iuſtè, quam piè fuit motus Vicarius ad illud præceptum ſic promulgandum pro vitandis ſcandalis, atque tollendis murmurationibus, quod nequaquam promulgaſſet etiam lapſis primo, ac ſecundo ſcandalis, vt quia primam illius monitionem contẽpſiſſent, atque Vicarium increpaſſent ex eo, quod illis dixiſſet, *Signori Canonici, non pontate il R. Don Serafino per queſta fiata: percioche io hollo mandato a dire Meſſa per diſagio, & a buon fine in S. Catherina.*
27 Cauſa verò iuſta, atque rationabilis fuit, vt iam dictum eſt, Bulla illa Sanctiſſimi, de qua in actis, ex qua cum ſit præcipua illi contraueniens obligatur ad mortale peccatum, abundant ad hoc iura in capitulo ſecundo, de maiorit. & obed. 13. diſt. ſi quis ſunt, & 24. quæſt. prima, quod percipitur, & 8. quæſt. 1. ſcientiũ cum ſuis ſimilibus citatis per Dec. in cap. nam concupiſcentiã, numero ſecundo, & per Felin. ibi in prim. de conſtitut. Et Bulla prædicta præcipit ordinarijs omnibus in virtute ſanctæ obediẽtiæ, & vt in illa, quatenus libenter ſuſcipiant Monialium regimen in ſpiritualibus, atque temporalibus, eiſdem ordinarijs dando plenam liberamque regendi, & gubernandi poteſtatem, vt fuſius in ea habetur.
28 Et in illo temporis momento non ſine ſcandalis alias tranſituro non aderant ibi, nec ſcriba, neque ad ſcribendum neceſſaria, vt explicitè teſtati ſunt Donnus Cherubinus, Donnus Paulus notus, ac alij, & ſcandalum imminebat.
29 Sileat igitur regula text. præcitati, inſurgatque opin. Gloſſ.
* approbatæ à Doctoribus limitantis illum text. ſic.
30 Et adde, quod limitationem hanc tenent etiam Summ. Sylueſtrina, verbo excommunicati, il primo, numero decimoquarto, & Felyn. eodem cap. ſacro, numero quarto, quæ placuit ſimiliter Soc. ibid. num. 372.

Sed quid plura, querelantes excommunicati ob contemptũ de induſtria tenuere abſolutionem accipere ab illis quatuor ſacerdotibus confeſſarijs approbatis, atque ab ipſo dicto Vicario, tunc ſpecialiter delectis, inſolidumque deputatis, vt cum iuramento interrogati depoſuerunt Donnus Cherubinus, Donnus

Bartholomæus Canonici, atque alij in proceſſu teſtium. Et ſi
32 diceretur, Vicarius erat ab Eccleſiæ ingreſſu per menſem ſu-
ſpenſus, ob prætermiſſam formam iam dictam, & ſic irregula-
ris hoc primo negato reſpondetur ſecundum do. Felyn. dicto
33 capitulo Rodulphus, numero rrtgeſimoquinto de reſcript. at-
que Gratus deciſione 105. numero ſexageſimo, leges pœnales
vim non habere, niſi poſt declarationem, quæ nullibi facta repe
ritur.

34 Item in fortioribus terminis dicitur, quod tametſi eſſet Vi-
carius irregularis, (quod negatur,) quod nihilominus retine-
bat iuriſdictionem, qua non erat propterea priuatus: vnde du-
bio procul poterat Vicarius tutè cēſuris annexos abſoluere, ita
quæſtionem hanc in terminis terminantibus format, atque pro
Vicario reſoluit gloſſa illa, quæ ponit faciem ad radices in dicto
cap. ſacro, verbo interdictum videant rogo iuſdicentes eam, eſt
enim, vt dixi in proprijs terminis noſtris, & omnem tollit hæ-
ſitationem.

35 Item reſpondetur, quod retinebat Vicarius vſum clauium,
quoniam haud reperiebatur in illis duobus caſibus conci. Con-
ſtan. ita ſignanter inquit Magiſter Victoria in eius ſumma ſacra
ment. fol. mihi 181. & in terminis etiam fortioribus, fol. 194.
verſic. ſecundò, vbi inquit, cum quibuſcunque excommunicatis
36 licitum eſſe in vtilibus, ac in ad legem pertinentibus ad officiū
Vicariatus, atque in vtilibus clauibus vtēs, innodatos per alios
37 Sacerdotes confeſſarios cēſuris non annexos; & ab eodem Vi-
cario delectos, atque deinde detentos in ſolidum abſoluere, ni-
ſi renuiſſent, cum Vicario iſtud ex officio ſuo incumberet.

38 Querelantibus igitur perfidè adſcribendum eſt, qui ex falſa
ſuggeſtione illorum Aduocati de Gubernarijs decepti, & hæc
pro Vicarij perſpicua defenſione ſufficiant iſto paſſu. Vt de ſug-
geſtione Archid. habetur in cap. cum acceſſiſſent. de conſtitut.

39 Et pro Vicario etiam adſunt deciſiones apertæ, atque ratio-
nes concludentes, nec non opiniones Doctorum crebriores,
atque vſu receptæ, à quibus in iudicando non eſt recedendum,
ad tradita in cap. ne inuitatis, de conſtitut.

40 Item quod valeat abſolutio talis ſententiæ, determinauit Ro
ta deciſ. 7. de ſent. excom. in nouis.

41 Et iſtud haud erat hic prætermittendum, ſed perpetuò no-
tandum ad detegendam iniquitatem edicti promulgandi de ſyn
dicando Vicarium, atque ſyndicatu, quod in ſyndicatu inaudi-
to coram Epiſcopo, erat ſine ſcriptis procedendum, iuxta text.
& gloſſ. ibi in §. neceſſitatem, in Auth. vt iud. ſine quo. ſuffrag.
& in §. 1. in Authent. vt cleri. apud propr. Epiſc. vbi Bart. ex ead.
42 conſtitutione notat, quod quando Epiſcopus cognoſcit inter
ſuos Clericos, habet ſine ſcriptis cognoſcere, atque iudicare,
quod in Vicario obſeruatum, haud video ob diabolicam in illū
43 vindictam, quia non erat de leuioribus vti fuit, ſyndicandus,
44 ad tradita per Iaſonem in lege prima, numero nono. Codic. vt
omnes iudic. & inferius habetur.

45 Item neque contra eum erat curādum de apicib. iuris, vt per
46 Baldum in conſil. 165. volumine tertio, officiales etenim de ge
nerali conſuetudine non tenentur, niſi de dolo, & barattaria,
de culpa autem lata non, per Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci,
quæſt. 15. & 18. ff. de offi. procōnſ. & legat. ac per Amad. de ſyn
dic. numero 186. vbi poſt Accurſ. citatum dicit, quod de con-
ſuetudine, & per ſtatuta ciuitatum officiales haud ſyndicantur
niſi de furtis, pecunia accepta, & malè ablatis, & ceteris barata-
rijs, de iniquis autem ſententijs, & per imperitiam malè latis
non, vt per Bertaz. vtrobi. & pro quibus præſumitur leg. ſecun-
da. Cod. de offic. ciu. iud. & per Bald. §. proficiſci. x. quæſtio. ad
47 fin. cum alijs citatis per Grauum. cri. conſilio quinquageſimo-
quarto, atque etiam cum conco. de quibus nouiſſimè per Ber-
tazzolum crim. conſil. 71. numero octauo, & 81. numero ſepti
mo. Et contra quos ſcrupuloſa inquiſitio omnis reijcitur, alias
frangeretur neruus iuſtitiæ, auctoritaſque iudicium deprimere
tur, atque vileſceret, & in officio ſucceſſores lento gradu, vel
calce procederent, vt per Gramm. d. conſ. 54. numero 3. vbi re-
tulit Pariſ. de Put. quod per duas columnas ad iudicum fauorē,
fol. mihi 92. & fuſius vid. in locis memoratis. Adde etiam no-
tanda verba Cicer. in oratione pro Lucio Flacco, in ſecūda par
te, pag. mihi 170. b. dicentis ad verbum. O conditiones miſeras
adminiſtrandarum prouinciarum, in quibus diligentia plena
ſimultatum eſt, negligentia vituperationum, vbi ſeueritas peri-
culoſa, liberalitas ingrata, ſermo inſidioſus; aſſeueratio perni-
cioſa, frons omnium familiaris, multorum animus iratus, ira-
cundiæ occultæ, blanditiæ apertæ, venientes prætores expectāt
præſentes inſeruiunt, abeuntes deſerunt.

48 Circa quærelas nomine Capituli porrectas, per ſer Rutiliū
dicto nomine comparantē expreſsè ſine mandato procuræ ſpe-
ciali, atque in indiuiduo, vt de iure requiritur, vt infra cū poſ-
ſet facere incidere dominum in pœnam iuxt. theor. Bart. com-
49 munibus calculis apud ll. uertices approbatam, atque tradita,
per Iaſon. in l. ſi procurator, numero 7. ff. de cond. indeb. & tra
dita per Card. Pariſ. conſil. 100. num. 7. in 3. Roland. conſil. 71.
in fin. libro 1. Natt. conſil. 445. numero 2. & 3. Curt. Iun. conſil.
149. in fin. & alibi ſæpè per Scribent. dicuntur non potuiſſe ad-
50 mitti de iure, & quod procurator iſte venit vti temerarius, ac
calumnioſus puniendus pœnis debitis, de quibus. 5. quæſtio. 6.
can. 1. & ſequent. requirebatur certè procuratorium ſpeciale ad
51 opponendum ſic, & ſic vt habetur in cap. procurator, de elect.
in 6. & tradit Spec. tit. de procur. §. 1. poſt numerum 15. & ha-
betur in clemen. ſecunda, de procur. atque probat. l. non ſolum.
52 §. fin. ff. eo. Nec obſt. ſi diceretur querelæ illæ fuere per cano-
nicos ratificatæ, quoniam ad hoc reſpondetur, quod eorum rati-
ficatio, vti ſerotina, vic. reſpectu, cūm ſit poſt tempus decurſum
facta, nil valeat; neque ratificantibus ipſis quicquam prodeſt.
Benè verum eſt, quod eis obeſt, oberitq; ſemper, & ad hoc pro-
bandum produco conſil. Do. Alex. Imol. qui compulſus reſpon
det eius conſil. 101. num. 3. volum. 2. quod reclamatio facta per
53 Petrum ſuo nomine proprio, atque fratrum, à quibus non ha-
bebat mandatum, niſi ſit ratificata intra tempus, ad appellandū
non valet, neque tenet appellatio, ſiue prouocatio, l. vt bonorū,
ff. rem rat. habe. l. prima. cum illic ad not. per Bart. ff. de appel-
lat. recip. cum alijs per eum allegatis loco præcitato, quibus ad-
de, vt per Iacob. de Sancto Georg. in l. prima. C. qui admitt. ad
bono. poſſeſſ. num. 12. & in l. licet verum. ff. de iud. numero ſex-
to, vbi etiam ſubiungit ſe ita pluries feciſſe iudicari, & per hoc
mandat notari. Adde etiam ad idem Gabriel. Eugubin. eius con-
* ſil. 186. numer. 30. & 31. vbi * communem inquit, ſubiungens;
probanſque, quod temporis lapſus eſt fortior defectus, quia re-
54 nunciatio expreſſa, ſiue tacita, quia ex quo denegatur audien-
tia, proceſſus redditur nullus, vt per Iaſ. conſil. 165. columna 2.
& 168. volum. 2. & per Vant. de nullitat. tit. ex defectu inhab.
compa. numero 51. & ſeq.

55 Et ſtatutum mandans contra aliquem intra certum tempus
procedi poſſe, debet formaliter attendi, ita vt lapſo tempore
præfixo, proceſſus excludatur per Marſil. conſil. 69. in princip.
87. num. 8. 117. in princ. Syluan. conſ. 7. nu. 2. atque per Bertaz.
d. conſil. 71. num. 1. & 2. qui prædicta allegat.

56 Item reſpondetur, quod ratificatio illa ſerotina non opera-
tur, vt proximè dixi ad præiudicium Vicarij, cui ex medio tem-
pore fuit ius quæſitum, ita per Afflict. dec. 335. ante num. 13.
Natt conſ. 252. nu. 9. conſ. 26. nu. 4. & conſ. penult. Dec. conſil.
460. Fabr. in ſuo breuia. vtili. ſuper C. l. ſi filiusfamilias ad S. C.
Maced. Soc. conſ. 126. num. 1. lib. 4. quod conſiderauit ſubtiliter
rectis oculis intuenti, Eugubin. loco ſuperius cit. cui adde per
Tob. conſ. 56. nu. 3. & Iacob. de S. Georg. d. l. 1. num. 13.

57 Item reſpondetur quod ratificatio facta re non integra non
trahitur retro, vt per Alexand. conſ. 110. volum. 3. vbi Apoſtil.
quamplures recordan. aduent. Et eſt perinde, ac ſi non eſſet fa-
58 cta quoad Vicarium, licet ſecus quoad ratificantes per ea quæ
tradit Alex. conſ. 126. in 2. Vbi ratificatio non trahitur retro,
59 quando auferrur ius quæſitum ei, contra quem fit, quod poſt re-
latos comprobat, atque ſequitur Rolan. conſ. 78 n. 24. 25. lib. 3.
quibus adde per Iaco. de S. Geor. in l. ſi tutor tuus, ſub nu. 12. in
60 3. limit. C. ex quibus cauſis. Et ſi diceretur, aduerte, quia non
eſt ratificatio, ſed declaratio actus præcedentis, quæ quidem de
clarat io vtique poteſt fieri ex iſto, quod qui declarat, nil noui
inducit, ſed quod obſcurum eſt, coopertumque, ab eo detegitur
atque illuminatur, illuminatumque proponit, l. hæres palam
61 §. ſi qui poſt. ff. de teſtament. Et dicitur ſolum detegere, ſicu-
ti qui excutit grana à ſpicis, vt eleganter inquit Fulgoſius con-
ſilio 148. columna ſi de quo meminit, Roland. conſil. quinqua
62 geſimo ſeptimo, numero 27. libro tertio, adhuc reſpondetur,
quod quamuis declaratio trahatur retro quo ad principium a-
ctus, quod non propterea retrotrahitur ad præiudicium Vica-
rij, cui per medium tempus præfixum, atque lapſum ius eſt,
quæſitum, ita per plura reſpondet Roland. omninò videndus
eius

63 eius conſilio 46. numer. 38. volum. ſecundo. † Et ita ego in-
64 telligo, atque declaro text. in dicto §. ſi qui poſt. † Quo vero
ad querelas alias, eſt ſciendum, quod generaliter omnes illi,
qui fuere per Vicarium carcerati, non poſſunt contra eum in
teſtes recipi, vt habetur per Grammat. conſilio criminal. 46.
65 quod eſt notatu dignum. † Ratio eſſe poteſt, quia non ſunt
omni exceptione maiores, vt requiritur per Grammat. cri-
minal. conſilio 35. numero 39. quem ſequitur Pract. Carer.
in princip. ſub numero 165. vbi alia multa ad propoſitum ad-
dit, & nouiſſime per Bertaz. dicto conſil. 71. numero 12. vbi
66 alios concord. citat. † Eſt & etiam notandum vnum aliud,
videlicet quod officialis conuentus tempore ſyndicatus, in
ſyndicatu excuſatur, ſi non præſtat fideiuſſorem, quia ſuffi-
cit, vt iuratoriam cautionem det, per Roland. alios conuo-
cantem conſilio 43. numero 23. volum. ſecundo, ex quibus,
67 perſpicua detegitur iniquitas ſyndicatorum, imperitiaque †
quæ eſt cunctorum malorum mater. 38. diſtin. ignorantia,
quoniam eo abundante ignorantia ſupina admiſere contra
Vicarium teſtes ſub ipſo carceratos, ipſumque etiam defectu
fideiuſſionis non præſtitæ, declarauere retineri, pariterque
retinuere in illius thalamo ſub pænali præcepto de eo non
abeundo, recedendove abſque licentia, licet ſæpius fuerit
68 poſtea ei conceſſa. † Item illum detinuere in ſyndicatu per
quatuor menſes, tam contra formam ſtatuti laicorum, quam
etiam contra iuris communis diſpoſitionem: de qua in rubr.
& nigro. C. vt omnes iudic. & tamen circa prædicta, iuris
69 diſpoſitio lippis, ac tonſoribus eſt nota. † Omnes etenim non
ignoramus teſtes inimicos repelli etiam in crimine læſæ ma-
ieſtatis, vel hæreſis, in quibus ob illorum immanitatem in-
fames, atque deplorati admittuntur, vt tradit Bartol. l. in
quæſtionibus. ff. ad leg. Iul. maieſt. & late habetur per Ludo-
uic. Carer. in ſua pract. criminal. pagina mihi 126. colum.
prima, in fin. & colum. ſecunda. in princip. atque in tract. de
hæret. poſt numerum 18. vbi concludit eſſe inhabiles, & ad
hoc quamplures aduocat. concord. Menoch. in ſuo tract. de
70 arbitr. quæſtio 28. columna prima. † Vbi etiam probat prin-
cipem iſtud haud facere poſſe vti inimici teſtimonium reci-
71 piatur. † Et in propoſito ſufficit probare cauſam inimicitiæ
fuiſſe commiſſam per Grammat. dict. deciſ. 86. numero ſex-
72 to, † quod modo inimicitiæ cauſa fuerit commiſſa, conſtat
& ex carceratione audaciſſimi Prioris, ac aliorum, ob quam
Vicarium omnium iudicio virum integerrimum, dilacera-
73 runt, calumniaruntque, † Quæ quidem canonicorum car-
ceratio cum ſit vndique notoria, probatione non indiget, iux-
* ta gloſſ. * communibus calculis receptam in clement. appel-
lanti, de appell. ac tradita per Natt. eius conſilio 174. nume-
ro tertio, & 265. numero primo, & probatur etiam de illa in
74 proceſſu per deducta per illos in actis, † quæ inducunt noto-
rium, vt tradit Natt. conſil. 540. numero ſeptimo, ex illo in-
ſigni dicto Innocent. in cap. examinatione, colum. fin. de ap-
75 pel. & in cap. olim, vbi etiam Abb. de verbor. ſignific. † Et
quod inimicitiæ cauſa ſit talis, vt repellat teſtes, probatur,
malo zelo, ex modo procedendi. Item ex tot, ac tantis im-
manitatibus, iniurijſque atrocibus, ex quibus probatur de ri-
giditate, atque de ſæpius allegata, oppoſitaque inimicitia ad
repellendum teſtes requiſita, vt per Grammat. vt ſupra nu-
mero ſeptimo, & deciſio. 34. numero 26. poſt Iacobin. de
76 Sancto Georg. in l. teſtium, numero nono, de teſtibus. † Quæ
alias relinquitur iudicis arbitrio, vt per eundem Grammat.
dicta deciſio 46. numero decimo, atque per Menoch. de ar-
bitr. iudic. caſ. 110. & de his habetur per Clar. in pract. cri-
minal. quæſtio. 24. in verſiculo quæro. verum debebant iudi-
77 ces de Groſetto repellere teſtes prædictos per iam dicta. †
Quinimò ex præſumpta etiam inimicitia, vt per eund. Me-
78 noch. eadem quæſtio. 28. numero ſexto, † etiam vbi proue-
79 niret ex cauſa minus probabili, ibi. num. nono. † Notandum
eſt etim, quod teſtis inimicus ſemiplenam non facit probatio-
nem, tametſi inimicitia haud eſſet capitalis, per Crau. conſi-
80 lio ſexto, numero 32. † Et iſta eſt profecto inexcuſabilis iniu-
ſtitia, & non video rationem vllam, ob quam queant excu-
ſari ſyndicatores, qui poſito etiam quod amiſiſſent cum clau-
ſula, ſaluis exceptionibus, non per hoc dicta de cauſa illorum
dicta eſſent in aliqua conſideratione, & perinde eſt, ac ſi re-
cepti haud fuiſſent, per Marſil. ſingul. 198. atque nouiſſime
per Bertaz. criminal. conſilio 81. columna quinta, verſiculo
quarto, in fine. verum ſyndicatores recepere ſimpliciter te-
ſtes prædictos, quod an iure, vel iniuria actum ſit, aliorum
81 ſit iudicium. † Et ex prædictis, atque ex infra dicendis re-
manet verificatum illud, quod ſingulariter dicit Dec. in ca-
pitulo, cum in cunctis, de electio. poſt numerum mihi quar-
tum, videlicet quod eccleſia maxime indiget viris litteratis,
82 per text. in capitulo cum ex eod. de electio. libro ſexto. Eſt †
& etiam animaduertendum, quod teſtes laici contra cleri-
cum in cauſis criminalibus criminaliter intentatis non ad-
* mittuntur, * commune per Didac. practic. quæſtio. capi-
tulo octauo, numero ſecundo. Viui. libro commun. opinio.
83 Menchia. libro tertio, de teſtibus, † qui etiam loquitur in
criminalibus exceptis, quod eſt plus, & prædictos refert, at-
84 que ſequitur Clar. quæſtio. 24. verſic. tu dic. Et † ubi admit-
tuntur aduerte, quia admittuntur ubi veritas aliter haberi
non poſſet, quæ quidem neceſſitas, ſiue qualitas non militat
in caſu aſſerto, quoniam aſſerta confeſſio illa aſſeritur ema-
nata in Epiſcopali Palatio, in quo clericorum copia frequen-
85 ter reperitur. † Reſpondetur etiam illud procedere, ubi de
natura facti habiles haberi haud potuere, vt per Mar-
ſil. plene eius ſingul. 73. vbi hoc menti tenendum eſſe dicit,
ſubiungens ſe ideo feciſſe reprobari teſtes quam plures minus
idoneos, quod & etiam uoluit Roland. conſilio ſeptimo, nu-
mero ſexto, & conſilio 24. numero 67. volumine primo,
conſilio 27. numero 8. libr. 3. ubi plene, ſed plenius per
Apoſt. ad Alexand. in conſilio 64. libro primo, & ad ſaturita-
tem per Gabriel. Roman. concluſio. ſeptima, numero quin-
to, de teſtibus, ubi per totam illam concluſionem hoc ſingul.
limitat, & iſtis adde per Grammat. criminali conſilio 26. nu-
mero 37. ac per Boſſ. titulo de indic. & conſiderat. ante tortu.
numero 161. & 163. atque per Ludouic. Carrer. in pract. cri-
minal. pagina mihi 125. columna prima, in uerſiculo quid
* tamen. ex quibus facile dignoſcitur de * communi iſta, quæ
crebriori calculo eſt recepta, & hoc ex doctrina D. Anton.
docuit Alexan. ad quem poſteriores confugiunt, d. conſilio 64.
86 † procedere, ubi de natura facti habiles haberi haud potuere,
& ſic ubi veritas aliter haberi non poteſt, quem fuſius concor-
dantes aduocans ſequitur Carrer. ubi ſupra, qui egregie tra-
87 ctat materiam, † & ponit exemplum in facto de nocte, vel
in nemore, aut in poſtribulo, quibus in locis veroſimiliter te-
ſtes integri adeſſe non potuere, & in adulterio, ac in huiuſ-
modi; quæ longe diſtant ab ipſo vicario, neque adaptantur
88 ad caſum aſſertum. † Item ſumus in populoſa ciuitate, in qua
magna adeſt caterua clericorum conſueuentium conuerſari
quotidie in Epiſcopali palatio, vbi ius redditur; quo caſu po-
ſito, non tamen conceſſo, quod teſtes clerici ad aſſertam il-
lam confeſſionem emanatam, ut aſſeritur, ad tribunal non
adfuiſſent, ſat tamen eſt, quod actu potuiſſent adeſſe, maxime,
quoniam quærebant capere vicarium in ſermone, ut late per
Domin. Alexand. qui conſultus reſpondet in terminis in dicto
conſilio 64. libro primo; cuius opin. amplectuntur antiqui,
89 & moder. Doct. & cum eo pertranſeunt omnes, Iul. † Claro
excepto, qui quæſtio. 24. uerſiculo ſciendum. illam repellit
opinionem, quando habitu adeſſe non potuiſſent, quoniam
exiſtimat, & male, idem eſſe, ubi certum eſt alios non adfuiſ-
90 ſe, prout quando adeſſe non potuere. † At nobis, ſat eſt Do-
* ctor. * magis communiter cum Domin. Anton. atque D. Ale-
91 xand. pertranſiuiſſe in paſſu iſto, † qui comprobatur etiam
medio iſto, nam vbi habiles non reperiuntur, non tamen per
hoc inhabiles non admittuntur, etiam ubi ueritas aliter haberi
non poteſt, per ea quæ tradit Dec. in capitulo primo, colum-
92 na mihi 19. ad fin. de probat. † ultra quod in caſu propoſito
nullibi probatum uideo alterum requiſitum, uidelicet, quod
aderat nemo alius: alias ſemper diceret pars, ueritatem pro-
bari aliter haud poſſe, & ita ſemper probaretur per teſtes
93 prorſus inhabiles. Et † ad iſtud obtinendum articulari oporte-
bat, pariterque probari, quod veritas aliter haberi non poteſt,
niſi per tales, & tales teſtes, quod erat probandum per que-
relantes, vt late habetur per Carrerium in practic. criminal.
pagina mihi 125. columna prima, & pulchre per Benintend.
94 deciſione 53. numero nono, † de quo quidem requiſito non
eſſe